



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Ermelindis V. 29. Octobris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

Sed nego
vultus,
injuriam
in.
terna la-
fle for-
um jecu-
r. homil.
bris.
a, cùm
dore vir-
um. Sed
ia vene-
compositi
sanctissi-
delatione
ra men-
s ipsi sibi
debet mor-
tem im-
ardis au-
ce nemo
nium in-
executa-
subduxit
vit. Mox
n cēlum
i familiā
ecem, ne
r horido
sque san-
im vindi-
etū re-
sis

lis, & sceleris penitidine hic ductus, publicā confessione perfidiam & lacrimis damnavit, sed tot ac tantis, quibus oculi effluenter, mitissimā vindictā, quod simul noxiam eluerent. Ita celi patrocinio defensus muneri suo ac loco est restitus, vixitque NARCISSVS, quād diu nullus flos alius vivit, c. & vi. annos. Ex Euseb. l. 6.

Tu quis es, qui tam imprebē, tam manifestē, tam præcriter seruo detrahis alieno? noli frarris tui nyctebensibilia acta detegere, sed potius edicito tua. Redi ad te, & discute te a judicare & in statu humilitatis appende. S. Laur. Iustin. de Vit. solit. c. 4.

S. ERMELINDIS V. 29. Octobris.

Odem tempore thalamum ERMELINDIS & DVS & DEI nunquam non rivalis muadus ambivere. Sed exhortuit recte infamem procum virginem, & duodenais sponsum sibi pulcherrimum filii hominum CHRISTVM legit, candidum eumdem & rubicundum. At stultissima parentum vota generum mundum malebant; eamque ob rem, pro potestate, cogere filiam ad nuptias parabant. Hic verò illa generoso ausu virginem professa capillos suos ipsa rescidit, lūisque veluti vinculis jam expedita mundo ne nuberet, excessit mundo. Insestitutamen castissima vestigia sunt gemini fratres, iidemque Veneris mancipia. Horum alter dum suam Deo sponsam etiam è templo raptum fuerit, monita ERMELINDIS à tutelari Angelo suo, pudori fugâ iterum consuluit, solaque deinceps rixit. Sed quid dico sola? quando cælo Paranyphi adfuere, castissimolque inter hymeneos ad sponsum suum abduxere. Neque verò mortuam latè sponsam suam hic voluit. Cœlestes

Z 2

iterum

532 VITÆ S A N C T O R V M . 30. Octob.
iterum cantus splendorque , sed præcipue odor
suavissimus mortalibus immortalem ERMELIN-
DEM prodidere. Cur , nisi ut in odorem calitatis
etiam tu curreres Mariane ? Ex Molano & Surio.

Hec recordatio magna tibi debet esse instruere:
quoniam pro magno diligi non debet , quidquid sine
concluditur. Illa petenda, illa summoperè diligenda
sunt , qua nec inventa transeunt , nec adepti de-
ficiunt. S. Greg. l. 7. Regist. c. 54.

SS. Z E N O B I V S E T Z E N O B I A .
30. Octobris.

A Deste heredipetæ filii , & dilapidare (neque
enim hoc jam vetabimus) patrimonia vestra
à ZENOBIO nostro discite. Iste ubi hereditatem
paternam adiit, totam hanc in pauperes & ægros
intra non multos dies effudit. Quid frontem con-
trahitis tam subito avari ? an rectius poterat sua
locare quam cælo , quod , quidquid accipiunt, fidem
pauperum manus ferunt ? Sed & viventis etiam
num manum munificam remunerare Dsco pla-
cuit , quando arte medicandi tantâ imbuit, ut vel
ad taetum ejus omnes passim morbi fugerent , ac
deinde in patriâ urbe Ægis pontificali pedo , pal-
mâ denique gloriosâ ornavit. Hanc ille scilicet
Lysias Proconsuli inter omnia tormenta victor
extorsit. Et forte ab equuleo pendens cassas ty-
ranni minas despiciebat , cum ZENOBII etiam for-
ror ZENOBIA accurrit , & verò ex eodem tam fortis
sanguine se prognatam jactitans sociam germano
se juavit, Lysias utrumque in ferreum lectum
injici & subjici ignem jussit. Sed hunc cælum mi-
tiore rore facilè temperavit. In fornacem succen-
sam post hec abjecti iterū flaminas triumpharunt;

Superis